

tre dicti infantis et uxore eodam dicti martini. Postea dicta mater post mortem dicti martini, suscepit tutelam dicte infantis et addita fuit et apprehensa pro dicta infante hereditas dicti condam Martini postea Jo. in infanti etate decessit superstitie dicte matris sua et remanere domina sandra amita dicte infantis. Adodo querit visa forma iuris statutorum et ordinamentorum eorum florentie quis succedat de infantis dicta mater an dicta amita dicis pro parte dicte matris quod ipsa succedit et succedere debet in totum dicte sue filie infanti repulsa penitus et oio dicta amita a successione predicta. Pro parte vero dicte amite dicis quod dicta mater succedit solummodo in quarta non excedente summam. cccc. librarum quid iuris sit de predictis et quolibet predictorum. In qua questione puto dicendum secundum sanam intellectum dicti statuti amitam non facere partem matri sed matrem ei absolute preferri non obstante generalitate verborum dicti statuti quia hoc nobis offendere verba legis ut si seruamus menti. C. de legi. l. non dubium de excu. tu. l. scire et. §. aliud de condi. et demon. l. pater leuerina in principio et. §. conditionum verba. Adens autem colligitur ex ratione. l. quia ratio legis et mens legis sunt idem. ff. de no. in. l. cum mulier et no. in. l. cum tale. §. falsa de condi. et demon. et per dy. in. c. fi. extra de reg. iur. li. vi. et ideo ubicumque potest ratione. l. constare per eandem. l. uel aliam possumus et debemus absolute verba. l. restringere ad id tantum ad quod ratio se extendit et hoc est infallibile ut preallegatis iurisibus et no. in. d. l. non dubium super verbo amplexus. Sed ubi de ratione. l. non apparet per. l. expressam sed apparet coniecturative tunc possumus et debemus generalitate. l. restringere ad coniecturatum rationem in duobus casibus videlicet ne aliquis ledatur indebite et ne per aliquem ad lucrum perueniatur indebite seu cum iactura iuris alicuius. Ita loquitur iura. ff. de iurepatro. l. adigere. §. quantum. Nam nisi ibi fieret restrictio amitteretur ius patronatus indebite sic etiam loquitur. l. ij. C. de noxa. Nam nisi ibi fieret restrictio ex coniecturata mente statuentis tenet dominus ex delicto serui insolidum quod esset iniquum quod ex delicto rerum nostrarum non debemus obligari ultra amissionem earum. ff. de dam. infec. l. preter ait. §. hoc edictum et sic et loquitur l. i. §. i. et. §. sunt munera et. l. ut gradatim. §. sed si. l. pe. munere. bo. Nam nisi fieret restrictio fiscus admitteretur ad lucrum indebite et cum alterius iudicio igitur dicte iniquitatis vitande causa coniecturative restringitur generalitas iuris naturalis ut per interpretationem et coniecturata mentem existat iniquitas ex generalitate verborum statuti precedentis que quidem iniquitas et iuris alicuius sublatio non videtur in dubio comprehendi sub generalitate sermonis nisi quatenus non potest interpretatione iusta inuari ut. d. l. scire et. §. aliud et de testa. mili. l. in fraude. §. fi. et. l. cum fili et. l. ij. §. merito et. §. si quis a principe ne quid in loco publico et de ual. et pu. l. ex facto. Sic igitur in propositis terminis potest et debet congruenter dari restrictio in secundo rursus dicti statuti ut per agnatas mater non intelligatur excludi in totum seu in partem a luctuosa filii successione quia intelligitur esse de mente dicti statuti quantum fuerit sic etiam sermone locutus. C. de do. pro. l. vlti. et inferius ostendit quia debet huiusmodi generalitas restringi ad eius rationem et causam rationabiliter coniecturatum secundum quam non potest ad sensum bimembrem in dicto secundo responso quoad personas excludentes matrem non enim debemus intelligere matrem fore exclusam in totum seu in parte sui odio cum non sit digna odio sed favore. C. de inoffi. test. l. si quis in suo. §. ult. coniuncta. l. in testamento in fi. de mili. test. et. l. fi. de insti. et sub condi. fac. sed gratia alterius idest ut alius admittatur esse remota seu ad munusculam redacta alias sequeret absurditas intellectus quam debemus evitare ut dictum est. Si diceremus excludi seu ius eius diminui nisi ut admittatur alius et quatenus ille cuius respectu ius matris restringitur sit successurus et non aliter. ff. ad tertu. l. ij. §. liberi et de iurepatro. l. sicut. §. ult. de bo. li. l. si ex modica. §. filius et de priabu. l. i. §. filium de testa. tu. l. si sub conditio ne ibi. nam iccirco ait ut alius detur de colla. bo. l. ij. §. si duo nec debemus intelligere quod ius matris restringatur contemplatione amite uel alteri cuiuscumque agnate remotioris gradus quod de mente statuti fuit prouidere agnatum masculini sexus excepta sorore de qua expressit in principio statuti et hec mens coniecturative sumit ex causa et ratione que mouit uerisimiliter statuentem primo quidem ratione cuiusdam rationabilis recompensationis sum-

pta ex quadam consuetudine eorum modernorum temporum ex qua consuetudine probabiliter sumit coniectura mentis et rationis statuentis. l. si seruus plurium. §. i. de lega. i. et de fun. instru. l. cum delatio. §. asinam de sup. lega. l. ij. cum sumi. est enim consuetudo moderna quod superstities agnati succedant in omnibus defunctorum quantum ad pullationem iniuriarum actiue et passiue et quo ad similia onera et incommoda. Est igitur equum ut ibi collocentur comoda prouentia ex agnatione ubi collocantur incommoda. ff. de aqua plu. arcen. l. i. §. fi. et de regu. iur. l. secundum naturam. Secundo ratione cuiusdam publice utilitatis que exposuit facultates singulis agnationibus conseruari ut familiarum salua sit dignitas et honestas que absque diuitijs non conseruatur de lega. i. l. ab oibus circa prin. de ven. inspi. l. i. §. si seruus in autenti. de testi. §. sancimus. C. de suspec. tuto. l. pietatis et de priu. credi. l. si creditores quod honores et munera publica potioribus inducenda sunt. ff. de decur. l. honores. C. eo. l. ad subeunda quod interest rei publice per digniores et diciores regi non per pauperes et abjectos in cor. de defen. cini. in princ. et §. i. et. d. l. honores et in cor. ut omnes obe. iudi. puin. circa prin. igitur reipublice interest facultatibus suis habundare subiectos ut in cor. ut iudi. sine quoquo supra. §. congitatio honores autem et onera publicorum gerendorum officiorum constat solum ad virilem sexum pertinere. ff. de regu. iur. l. ij. ff. de mu. et one. l. ij. §. corporalia cum sumi. et hec fuit ratio mouens coniecturative modernos. l. latores. Et insuper quod per agnatos virilis sexus contingit secundum communitatem accidere perpetuari et conseruari memoriam agnationis et agnatorum quod optat quisque naturaliter in se fieri et hoc fit per personas agnatorum virilis sexus et non per feminas quod in eis non est apta perpetuari memoria agnationis sed finiri. ff. de verbo. obl. l. pronuntiatio. §. si. cum. l. sequens sed fit per personas agnatorum masculini sexus ut. d. l. pronuntiatio. §. familie et. l. libertorum in fi. eo. ti. qui. mo. ius pa. po. sol. §. i. Non obstat quod quidam sunt agnati masculi in quibus hec ratio non verificatur videlicet perpetuationis et conseruationis nominis agnationis que conseruatur per productionem proles que quandoque in aliquibus deficit ratione vitii naturalis et quandoque ratione alterius accidentis vel notii continentie quod debet attendi communis nature hominum et non alicuius speciale vitium et huic communi nature adherent. l. latores absque exceptione vitii singularis. ff. de libe. et po. l. si quis postumos in princ. et. ff. de vsucap. l. iusto. §. non mutat et in anten. ut ma. debi. et cre. §. quod vero. ff. de legi. l. nam ad ea. Ex his rationibus fundatur communis opinio. doc. tenentium mentem statuentium extendi ad personas mares agnatorum in quibus operatur effectus dicti statuti tam publice utilitatis augmentum quam commune morientium quam vitientium notum quam debitam et rationabilem honoris et emolumentum compensationem. Ex quibus rationabiliter sequitur coniectura mentis et rationis statuentis licet in statuto non inueniatur expressa quod in datione rationis. l. extra expressionem in. l. pcedi potest coniecturative multipliciter videlicet per viam euicande absurditatis ut. d. l. scire. §. aliud et de regu. iur. l. in ambigua nec non ratione remouende iniquitatis. ff. de legi. l. benignius et de iurepatro. l. adigere. §. quantum et. C. de noxa. l. ij. et. d. l. ut gradatim. §. sed si lege. Item ratione suadentis equitatis. ff. de aqua. plu. arcen. l. ij. §. item nauis et de excu. mto. l. scire oportet et ratione communis vsus loquendi seu viti de delega. i. l. libertorum. §. quod tamen cassius et quod ibi no. de fun. instru. l. cum delatio. §. asinam de sup. lega. l. ij. et. l. labeo. Item per precedentia et sequentia et per id quod a lege exprimitur et per omnes modos per quos coniecturamus mentem testatoris vel contrahentium qui habent in. l. si seruus plurium. §. vlti. et in infinitis legibus. ff. de lega. i. quod de vlti. finitione et interpretatione verborum prelatorum a testatore et a legiflatore recte arguimus. ff. de manu. testa. l. si ita fuerit seruus. §. vlti. et de statu. libe. l. labeo ad treb. l. qui filium in fi. C. de ver. signi. l. cum quidam in anten. de nup. §. disponat et quod talis mens fuerit statuentis in propositis terminis et maxime exceptio posita in dicto statuto dum dicit preterquam in domibus et cassamentis que exceptio proprie concernit favorem agnationis in prole masculorum consistentem quibus iniuriosissimum esse dignoscitur demum progenitorum forte suorum et situs in quibus antiquata est forte agnationis forma et retinere conseruauerunt agnationis nomen videre ad extraneos deuoluta et imagines matrum suorum